



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Malachias Ep. 5. Nov.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

5. Nov. VITÆ SANCTORUM. 697  
sæ quàm sponso deberi. Itaque cum,  
ut in lecto casto, ita etiam tormentis  
omnibus socia esset, post corpus vir-  
gis concisum, post infixas sub un-  
guas spinas, linguâ primo & pedibus  
manibusque, post capite etiam sunt trun-  
cati, felicissimi conjuges & sine filiis  
morituri, nisi hoc, in quos omnia bona  
sparserant, pauperes negarent. Ex Me-  
taphr.

*Beatus, qui sacra Virginitatis hortum  
conclusum, fontemque signatum Christo Do-  
mino inviolabiliter consecravit. Ipse procul  
dubio in æterno sponsi convivio, unâ cum  
B. Mariâ Virgine Virginis Matre, Regi-  
nâque Virginum Agnum sequetur, quocum-  
que ierit. S. Laurent. Iustin. de Regim.  
Prælat. c. 8.*

S. MALACHIÆ EP. 5. Nov.

**A** Des turba literaria, & si placet, eun-  
tem ad ludum puerulum MALA-  
CHIÆ comitare. Vides ex viâ subsi-  
stentem, & passis brachiis identidem  
non Apollini sed Numini supplicem? O  
plures sic ad scholas itarent, ut plures  
inde Malachiæ redirent! Nunc unicum  
laudamus, qui Sacerdotio à Musis do-  
natus sororem è piacularibus flammis fa-  
cto sacrificio exemit, mox patriæ (Hi-  
bernix) Episcopatum tulit. Verùm uti  
honor artes alit, ita invidiam provocat.

XX 5

Ca-

698 VITÆ SANCTORUM. 6. Nov.  
Capiti *Malachia* plures infidias posue-  
runt, ut ipsius insulam suam tegerent ca-  
put. Sed caelum pro virtute pugnavit.  
Nam dum *Malachias* ad asylon templum  
confugit, tempestas omnes ejus hostes  
fulminavit, lacerosque eorum artus hinc  
inde stipitibus arborum ad cogirati par-  
ricidii infamiam suspendit. Sed & mu-  
lier, quae linguam in Divum armaverat,  
putrescere hanc sensit, ut oris virulen-  
tam infamiam graveolentia proderet. A-  
lios oculorum orbitas, ferrum alios  
ignesque & daemon malus sunt ulti. Ita  
omnibus periculis subductum caput in-  
tutas latebras Claram Vallem tulit, & ut  
securum jam esset, cuculo abdidit. Mo-  
rienti oculos clausit D. Bernardus, quem  
quia praconem laudum etiam suarum  
habere meruit, non jam Achilli Home-  
rum puto invidet. *Ex S. Bern.*

*Beatus, qui se ab omni macula purum at-  
que integrum servat, ut cum fiducia in de-  
um suam recipiat Regem gloria; qui cum  
reverentia ac timore ad sacrosancta myste-  
ria Servatoris accedit, seque vitam aeter-  
nam suscipere non ignorat. S. Ephrem. in  
Beatitud.*

S. ANDREAS FUNDANUS EP.  
6. Novembris.

**R**ecte dixit, qui dixit primum ad lap-  
sum gradum esse, occasionem non  
fuge.